



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput Decimum octauum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

*qui & ipsi presentes erant testes iuuocans: Hæc ibi: Ioannes verò Abbas Tuitiensis fuit nominis eius primus, in ordine Abbatum nonus decimus, cuius hoc libro memini in notationibus quinti capituli. pag. 198.*

### §. Eberbacensis.

**Eberbach.** Eberbach cœnobium est altero ab urbe Moguntinâ lapi-  
de, non procul à Rheni ripâ distans. Quod B Bernardus ro-  
gatu Alberti Moguntini Archiepiscopi illo loco circa an-  
num 1133. fundauit, uti notat Henriquez ad Menologium Cisterciens. Quamvis manuscr. R.P Nicolai Serrarij Socie-  
tatis Iesu in Adelberto (quem Albertum nuncupat Henri-  
quez) afferat, hortante S. Bernardo Adelbertum exædificasse  
Cisterciensium in Renigauia seu Ringauia monasterium,  
quod ab a pro & riuo nomen habet Eberbachium, ut inf. c. 50.

### Caput Decimum octauum.

*De Monacho iuueni à periculo fistulae liberato.*

Monachus **M**ONACHVS iuuenis, dum vena illi inciditur, ita in brachio intu-  
alius è pe-  
muit, yt morbus fistulae timeretur. Dolore urgente, promittit se  
riculo libe-  
ratur. **E**NTELBERTO Psalterium lecturum. Ille sentit se habere melius,  
dicisque cunctis, à sancto ENTELBERTO se curatum.

### Notatio ad Caput Decimum octauum.

**C**hristia-  
nus Hei-  
sterbacensis.

**M**Anuscript. ait hunc iuuenem appellatum Christia-  
num, fuisse Monachum Heisterbacensem. Hic tamen  
alius fuit ab illo Christiano Heisterbacensi, de quo Cælarius  
lib. 4. dial. cap. 30. & lib. 12. cap. 34. & Henriquez in menologio.  
Ille etenim Christianus ante Martyrium S. ENTELBERTI,  
ex huius vita ærumnis fuit euocatus. Existimat autem hunc  
Christia-

**A** Christianum fuisse Bonnensem, cuius Cæsarius meminit lib. 11. c. 64. Non tamen cuius lib. 6. c. 3. & ca. 21. mentionem facit, quem ibidem tradit Bonnensem fuisse Decanum & in anno probationis mortuum.

## Caput Decimum nonum.

*De Alardo Heisterbacensi monachocurato.*

**A** LVS iuuenis monachus, tribus mensibus paralyti in brachijs di- Item aliis.  
re vexatus, vbi ex alio iuuene iam dicto percepit, quam facile cu-  
ratus esset a noctri temporis martyre, voulit illi quotidianas oblatu- Castigatur  
rum preees, moxque sanatus est. Sed deinde preces illas negligens, pri- voti viola-  
stino dolore cruciatur. Resipiscit vero, omissa repetit, & reddit incolu- tor.  
mitas.

## Notatio ad Caput Decimum nonum.

**C** ET hic Heisterbaci iuxta manuscriptos codices monasti- Alardus  
cen professus erat. Nomen ei Alardus, ante professio- Heisterba-  
rem Canonicus in Aldensele fuerat, vt Cæsarius scribit libri censis.  
octauia dialogorum capite postremo, vide eundem librum 10. dialog. cap.  
55. & 72. Alius vero ab illo fuit B. Alardus, quem pie defun-  
ctum describit Cæsarius lib. dial. 11. cap. 19. Nam hic abiecto sa-  
go militari vitam amplexus in Lucka religiosam.

## Caput XX.

*Dematrona Coloniensi ab immanidentium dolore liberata.*

**M**ATRONA Coloniensis, diues sanè, dolore dentium grauissime  
cruciabatur. Dentem unum, qui erat totius mali origo, curat ex- Immanis  
trahendum: sed radice relicta, atrociori dolore afficitur, ita ut furere dolor den-  
videretur. Adit martyris ENGELBERTI monumentum, offert illic man- tium sopi-  
dibulam ceream, domumque abiens, in ipso itinere se tentit incolu- tur.

*Ecc. 3 mem.*